



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Colmariae. In Curia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

*Deseruit tenebras: & sed e recepta piorum,  
Dulcia perpetua gaudia lucis habet.*

Jo. Heinricus Hervortus Patr. Aug. Ma-  
riæ Hainzeliae conjugi honestiss. mo-  
stus M. H. F. C. Ob. 1564. a. d. 28. Janu-  
ar. Vix. an XXXIX. m. v. d. XII.



## COL MARIAE. IN CURIA.

Oceanus quamvis fluctus pater excitet omnes:  
Danubiumq; omnem barbare Turca bibas:  
Non tamen irrumperes per fracto limine: Cesar  
Dum Carolus populis bellica signa dabit.  
Sic sacra quercus firmis radicibus astant:  
Sicca licet venti concutiant folia.

### GYMNASIUM IBIDEM.

Patres reipub. qui docendis atq; discendas, cūm litt-  
ris, tum moribus ædes hasce posteritatis ergo FF. hortan-  
tur pergere, & macte virtute esse adulescenteis, iisq; stu-  
diis incumbere, quibus & sibi honori, & amicis gaudio, &  
reip. emolumento esse possint. An. Dom. 1539.

Expertes invidentiæ Musar. fores.

Ibidem ad D. Augustini.

Nugamur, mortemq; procul procul esse putamus,  
At modiis latet hac abdita visceribus.  
Scilicet ex illa qua primum nascimur hora,  
Prorepunt juncto vitaq; morsq; pede.  
Partem aliquam furtim, qua se metitur & ipsa,  
Surripit è vita qualibet hora tua.  
Paulatim morimur: momento extinguiuntur uno:  
Ut lampas oleo deficiente perit.  
Ut nihil interimat; tamen ipso in tempore mors est:  
Et nunc interea dum loquimur, morimur.

FRI